Quinque sunt confessio

282

Omnia omni confitenti necessarium est hanc
generalem dicere confessionem cum tanta est virtus
secundum magistrum sententiarum libro 4° d. 21 p° c°
primo quod in mirabilia peccata debet venialia criminalia
autem et mortalia quorum quis non recordatur tollit peccata
vero que fecisti ad memoriam reducit. Secunda quod ad
utilitatem confitentium est collecta multa enim requiruntur ad
debitam sui confessionem scilicet quod sit ordinata discreta propria
integra vera pia pura nuda festinata etc. de
aliis condicionibus quibus abstractis non erit debita
confessio. Debet autem esse precipue ordinata et discreta
ita quod confitens secundum debitum ordinem in ea procedat non
preponendo priora nec preponenda posteriora quia
debet primo confiteri de quinque sensibus 2° de septem
mortalibus peccatis 3° de decem preceptis 4° de operibus
misericordie tam corporalibus quam spiritualibus 5° de septem
sacramentis 6° de septem donis spiritus sancti 7° de
duodecim articulis fidei 8° de octo beatitudinibus
9° de tribus virtutibus theologicalibus et per cardi
nalibus. Decimo de aliis aliis peccatis quibus homo cog
nascit se peccasse. Deinde etiam qui vult
generaliter confiteri debet addere de peccatis puerilibus.
Confitens ergo accedens confessionem facto signo sancte
crucis dicat Ego reus et peccator maximus. Confi
teor omnipotenti deo et beate marie semper virgini et beato
michaeli archangelo et sanctis apostolis petro et
paulo cum ceteris omnibus sanctis dei et vobis patri
meo spirituali quod ab hora qua peccare incepi usque
ad presentem diem nimium peccavi. Et confiteor
me primo peccasse in quinque sensibus exterioribus quibus